cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus tota liter et plenarie incorporando atque subjiciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa Prosum Ignatium Ciołek Poniatowski fratrem suum germanum eiusque successores de summa Mille florenorum Polonicalium, sibi Recognoscenti, per eundem fratrem suum, Actis Officij Praesentis inscripta, et modo simplicis debiti super bonis suis generaliter omnibus, ad solvendum assecurata Nec non de eadem ipsa Inscriptione Debitorea, Extrahendi, Premisliensi quietat emittit dimittit et liberum absolutumque fecit, et perpetuo pronuntiat Inscriptionem eandem Debitoream cum omnibus illius Conditionibus in toto et per omnia cassat, mortificat et annihilat Recognoscens sibi summae eiusdem Mille florenorum Polonicalium praestitam persolutionem. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Feria Secunda Pridie Festi Sancti Ægidij Abbatis, Anno Domini, Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo 31/VIII

Hossowska Mnickie Donat.

2203

017

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus personaliter comparens Nobilis Marina Harzow ska Nobilis olim Nicolai Harzowski cum Nobili Catherina Pepe lowa Consorte eius legitima procreata filia, Nobilis vero Andreae Popiel Zastowczak Consors derelicta vidua, sana Mente et Corpo re existens, a Terris districtibus quibusvis iurisdictioni Castry suis quibusvis propriys et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum moder num attinet se cum successoribus ac bonis suis quibus omnibus to taliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam li bere publice ac per expressum Recognovit. Quia ipsa bona sua propria et haereditaria infrascripta, in se Recognoscentem post fata olim eorundem Parentum suorum iure divino et Na turali successione devoluta videlicet Chwierc pola Barankow ska nazwana, inter metas ab una Nobilis Thoma Jaworski ab altera vero Parte Wazwarakowskie nanecupatte Jasipowicz, in bonis Villae Jawora, Terra vero et Districtu praesenti Premi sliensi iacentes et consistens, Cum omni praemissorum iure domi nio proprietate haereditate titulo haereditario cumque omni et singulis sortis eiusdem utilitatibus fructibus proven tibus reditibus Commodis emolumentis obventionibus tum agris pratis campis, pascuis pascuarijs, Sylvis bo ris gais, nemoribus indaginibus rubetis vepretibus vir gultis merica villagijs lacubus paludibus fluvijs fluminibus torrentibus, aquarum decursibus, hortis poma rijs attinentijsque et pertinentijs generaliter universis ...

bus et praemissis iuris, dominii proprietatis, ac cuiusuis Competentiis et praerogatiuis pro se Recognoscente, suisque Successoribus aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, sed omnibus in genere, et singulis in specie comprehensis genere per speciem, et e contra in nullo derogando uerum prout eadem bona seu sortem ipsemet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem legitime seruiebant Iam ex nunc et de facto Nobilibus Fedorio Hnicki Teleszenowicz Nobilis olim Fedory Hnicki, itidem Teleszenowicz filio, et Anastasiae Popie Lowna Coniugibus Ltmis, eorumque posteris dedit donauit inscripsit et resignauit, prout dat, donat ac titulo purae meraae et irreuocabilis Donationis praesentibus inscribit et resignat perpetuo et in aeuum irreuocabiliterque In quae quidem bona suprascripta per se Recognoscentem donata et resignata eadem Recognoscens Nobilis Marina Hoszowska praenominatis Gnosis Hnickim Coniugibus eorumque posteris Iam ex nunc et de facto Coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque uoluerint officiose acceptandam, Per ipsos Nobiles Hnickie coniuges Donatarios suos siue eorumque posteros haec eadem bona praesentibus donata cum omni iure dominio proprietate competentiaque et praerogatiua quauis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque Successorum quosuis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter conuertendi perpetuo et in aeuum irreuocabiliterque, Debetque et tenebitur Memorata Recognoscens

~~2201~~ 2202

Nobilis Marina Koszowska prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniarys quibusuis habitis et habendis supra scriptis Nobilibus Dni cum Coniugibus Donatary's suis eorumq posteris inscribit et obligat praesentibus, ipsos et eius successores in dictis bonis praesentibus donatis et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq conditionis status et sexus quomodocunq existentium eximenda, per omnes praescriptiones Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio in omni iudicio et officio Dni semper totiens quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et liberare indemnesq cum posteris reddere. Nec non bona praefata praesentibus resignata ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona praesentibus per se Recognoscentem donata cuicunq personarum modo quocunq factis et faciendis tum etiam a quibusvis Extratoribus super eadem bona praemissaq omnia praesentibus resignata importatis et importandis tueri denique diversis processibus iuris quibusvis in quocunq puncto et gradu iuris dependentibus in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus praesentibus resignatis modo quovis perductis et perducendis emundare et liberare mundaq et libera semper facere. Atq etiam Intromissionem praefatam Coram Officio praesenti admissam, in fundo bonorum praefatorum praesentibus resignatorum, dum per Ministerialem et Nobiles

duos Officiose requiretur non denegare imo debit et tenebit
eandem libere dare et effectualiter admittere dataque et admis
sa eadem Possessionem et usum fructum praemissorum omnium prae
sentibus resignatorum quibus modo tam per se quam per suas
quasvis submissas et subordinatas personas non praepe
dire nec adimere ipsosque Donatarios suos ac eorum Succes
sores in dictis bonis praesentibus donatis praemissorumque omnibus
per praesentes resignatis tam in Parte quam in toto non iri
iuriari ita ut eadem bona praemissaque omnia praesentibus resi
gnata cum universis eorundem utilitatibus et usufructibus
suprascripti Donatarii sui suis cum Posteris quiete et paci
fice tenere habere et possidere queant illisque uti frui possint
perpetuo et in aevum irrevocabiliter. Idque sub Damnis Terres
tribus simpliciter absque corporali iuramento taxandis et edi
cendis per eandem Recognoscentem sive eius successores
praefatis Donatariis suis aut eorum posteris ob non comple
tionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam
in parte quavis minima toties quoties opus fuerit ad solven
dum succumbent. Pro quibus quidem damnis Terrestribus
simpliciter absque corporali iuramento taxandis et educendis
modo praemisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua
Principali ex praemissis non completa complenda praefatis
existens memoratae Recognoscentis Nobilis Marianna Kos[?]
owska sive eius posteri ad Instantiam praenominatorum
Nobilium Kmiecich Coniugum aut eorum successorum
Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense
ex tunc recepta suprascripto quoad Respondendum
spectat mediante semper in Primo Citationis Termino

tanquam Peremptorio stare, comparere, respondere, damna
praetacta Terrestria luere, Inscriptioni praesenti in toto satisfacere
ac omne iudicatum Pati debebit ac tenebitur, seq ac suos Succes
sores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus Cun
dem Terminum Primum Peremptorium uti et alios omnes
exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper pere
mptorios uera infirmitate pro maiori Minorennitate Successorum
Legatione intra uel extra Regnum Seruitio Militari ad Mu
nimenta ad Euictorem uel alys quibusuis dilationibus et
legalibus impedimentis non differendo. Ad Euictationem
praeterea ultra proximos Offity praefati Castrensis Capitanealis
Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo Nul
lasq motiones apellationes ac earum Prosequutiones faciendo
ac praemissa omnia primis simplicibus uel triplicatis Euasio
nibus suspensionibus fatalys iuris prosscriptione Terrestri
Bello conuentioneq ac alys iuris remedys et deffensis non
subterfugiendo nemodo quouis alio euadendo. Ac etiam
praesenti Personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Tertia ipso die Festi
Sancti AEgidy Abbatis Anno
Domini Millesimo Sexcen
tesimo Septuagesimo Primo
Rostecki Harzowskie Quiet.

Coram Offitio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus personaliter comparens Nobilis Franciscus..